Fragmentarium

...ex istis quidam excell[...] hugo brito
...cholaus filius Gausleni seude

...ilex concedentibus filiis suis. odone
... quicquid in terra quam apud Gath
...tinuisse dicebat. totum postea
...domini haymonis tunc temporis
...is quorum nomina presens cartula
... licet in uilla. predicto Garcio
...inam pelliciam donauerant.
...lati sunt; Galo miles. ascho
...a landricus tabaarius Simon
...liarum qui concesserunt. Odo Guillelmus
...parati petronilla uxor odonis

...dam. quod dominus Iohannes
... magdalene de dauerone
... dominus iuuardus de pisseio quicquid
...uerant. predicte ecclesie quam
... animo concesserunt. godes
...filia eius maria. nec non ...
... apud iaugeium in domo
...ad cuius curam et pastoratum
...ldem monasterii prioratum tunc
...ehcro prenominate ecclesie
... ... sui. et uxore sua.

ex matre excantare eidem monachis quattuor libras aurelianensium; his omnibus presentes 84
affuerunt. Radulfus presbiter de iaugeio. Engerrannus presbiter de sancto leodegario. hugo de iaugeio.
Iuuardus de pisseio. hugo brito. ascho de porta. Galerannus de cauda. Garinus et Galerannus
famuli domini Girardi abbatis. Robertus ancherii de sancto leodegario. Durandus maior de
meri.

Ch. 27

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. quod hugo de crespiis et hermelina que mater eius decimam quam
apud felcherolas et daueron habebant. iuuardo de pissiaco atque uxori sue nomine hubeline pro xviii. lib. parisi
acensium. in uadimonium tradiderunt. ea scilicet pactione quod si supradicti hugo uel hermelina ante primam messem [de primo uadimonio decime felcherot]
eam redimere uoluerint. redimant. ita tamen ut iuuardus uel eius uxor hubelina aut illi quibus dederint. siue sit
redempta siue non. prime messis annonam habeant. dehinc suam decimam hii prius possideant; Si autem
ut dictum est eam redimere noluerint. post primam messem quocumque anno uel quocumque die nummos superscripto reddiderint re
moto omni retinaculo. suam decimam rehabeant; hoc denique firmatum est inter eos quod si quis hunc uadimonium contradicere
uel contraire quod absit uoluerit. idem hugo de quo prefati sunt aut eius heres. sub suo patrocinio et defensione absque
omni labore et tumultu. faciente quiete possidere; Illud etiam reuera huic dictioni inseritur. quod si iuuardus
uel eius uxor. decimam non redemptam ... possiderint morte que nemini parcit cogente. aut propria sua uoluntate
monente. sive uadimonium quibus libet donum facere uoluerint. sub eodem patrocinio ut dictum est sub eadem tutela
sine ullo impedimento ac libere faciant; hoc itaque Gesta uxor hugonis alexis scilicet et filia eorum nomine agnes
cognatique hugonis Robertus et Roricus concesserunt. Testes Rogerius de pisseio paganus frater eius. hugo brito.
Iohannes quercul. Galo de sancta gemma. Galterius de udeuilla,

× Ch. 28

Per cartulam istam manifestamus. quod dominus hugo de crespiis a domino iuuardo de piseio super
medietate decime de felcherot tres marcas argenti accepit; a quo iuuardo idem hugo
quindecim libras parisiacensium super eandem decimam iam prius acceperat. In facta autem conuentio
ne quam iamdicti iuuardus et hugo de eadem decima ad inuicem habuerint. hoc est deliberatum
et confirmatum. ut si idem iuuardus antequam de hac uita decedat de isto uadimonio aliquam
aliam deliberationem non fecerit. post ipsius decessionem prefatus hugo suprascriptas quindecim libras pa
risiacensium et tres marcas argenti. monachis sancte marie magdalene de dauerone absque
ulla diminutione fideliter reddet; Memorati autem monachi prefatam decimam ... libere possidebunt. quousque prenominatus census illis ex integro persoluatur; ...

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 84r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37088)